

N<sup>o</sup> 2104.

O. RÖMER à CHRISTIAAN HUYGENS.

30 SEPTEMBRE 1677.

*La lettre se trouve à Leyden, coll. Huygens.  
Elle est la réponse au No. 2103. Chr. Huygens y répondit par le No. 2108.*

Illustrissimo Domino D<sup>no</sup> CHRISTIANO HUGENIO  
OLAUS RÖMER S. P.

Nudius tertius tradebantur mihi gratissimae Tuae literae, quibus indicare voluisti quantum pretii statuas conatibus meis circa inquisitionem motus luminis ex observationibus satellitis Jovis, quamque benigne de meis rebus pro more Tuo judices. Non possum dissimulare quod profundissimam inde sentiam voluptatem Tuamque illam epistolam exosculer tamquam maximum et sufficientissimum ejus inventi fructum qui unquam mihi poterit vel contingere vel sperari. Suscipe, quaeſo, ejus negotii patrocinium, si Te dignum videatur libentissimo animo Tibi sit d. d. consecratumque. Meum erit quam primum fieri potest et observationes ipsas et reliqua quae ad eam materiam perficiendam spectant ita digerere et ad publicum praeparare, ac si Tuo unius Judicio esset satisfaciendum. Cui quidem si me probavero, omnium recte sentientium calculos obtinuisse gloriabor. Magnum quoque mihi erit laboris compendium susperfedere infinitis quae afferri necesse esset in eorum gratiam qui vel praecoepati nolint vel inexercitati nequeant astronomicorum ratiociniorum momenta discernere. Interea istud diarii Gallicii folium \*) quod petis transmitto. Quicquid ibi continetur in Academia est recitatum ejusque sub Auspicio Authori diarii traditum. Errores nihilominus calculi si qui sunt mihi foli sunt imputandi.

Dominos Cassinum et Picartum quod attinet, quorum judicium de illa re cognoscere desideras, hic quidem plane mecum sentit. Ille vero dubitabat reponere causam illius irregularitatis in lumine, propterea quod non satisfaciatur phaenomenis reliquorum satellitum exteriorum. Cui dubio quamvis tum temporis debite me respondisse credam, nihilominus quod adhuc illud fovere videatur, meum responsum hic Tibi examinandum commendo.

Obstacula quae impediunt quo minus tres exteriores satellites inquisitioni motus luminis inservire possint ad quatuor capita referebam.

I. Immerſiones et emerſiones sunt rariores.

II. Momenta appulſuum ad umbram minus sunt praecifa et ob motum eorum lentiore et quod ut plurimum oblique incident in peripheriam umbrae.

\*) L'article du Journal des Sçavans, cité dans la Lettre N<sup>o</sup>. 2103, note 2.

III. Inclinationes et nodi eorum non tam sunt cogniti quin in obliquis in umbram incidentis plurimorum minorum interveniat discrepantia.

IV. In confesso est ipsos habere irregularitates nondum determinatas sive illud eccentricitas sit five quaecunque alia causa quae observationes faciunt aberrare a theoriis D. Cassini \*) duplo vel triplo majori temporis spatio, quam est illud quod hic inquirimus et ex primo Satellite determinamus.

Haec quidem plus quam satis manifesta sunt in Tertio et IV.

Sed de Secundo qui propius accedere deberet ad regularitatem primi insuper notandum, eum enormiter aberrare *et in longitudine* \*) (sine dubio ob majusculam eccentricitatem, meminique illum vel  $\frac{3}{4}$  Horae calculum eluisse.) *et in latitudine*. Observavimus enim simul ante 3 vel 4 dies D. Cassini et ego dictum secundum satellitem in femicirculo ulteriori fuisse infra primum post emerſionem utriusque ex umbra. Cum tamen debuisset ex theoria latitudinis fuisse supra quod satis novum accidit D. Cassini qui hucusque creditit omnium satellitum orbitas esse in eodem plano. Et si vel maxime hoc non esset, omnia tamen duplo ad minimum sunt diffciliora determinatu in secundo quam in primo.

Quae si ita se habeant clarissimum est incognitas irregularitates trium exteriorum nihil derogare ratiociniis quae ex primi phaenomenis deducuntur, cujus frequentissimae revolutiones facilius ad regulas revocantur ob hoc imprimis quod discus Jovis sensibilem orbitae ipsius primi partem occupet unde latitudines non impediunt quo minus ipse planeta transeat per medium umbrae  $\mathcal{Z}$ vis.

Et haec in causa sunt quamobrem relictis II, III et IV<sup>to</sup> ad meum negotium nihil subsidii sperem nisi a solo primo cui examinando me unice addixi. Cujus quidem laboris aliquam partem, ceu specimen, libenter transmitterem. Sed jam mihi non integrum fuit aliquid ordinati ex ea turba schedarum et calculorum excerpere. Concinnabo nihilominus brevem conatum meorum synopsin unde quando Tibi otium erit non difficulter dignosces a qua parte fundamenta ratiociniorum meorum appareant firma et a qua parte vacillent.

Contuli et examinavi omnes observationes eclipsium Primi quas D. Picart vel folus vel mecum fecit inde ab anno 1668. Sunt vero plures quam 70.

Ex illis vero excerpti et comparavi intervalla Sequentia.

Terra a Jove recedente inter Martium 1671. et Majum 1671.

Terra ad Jovem acced. inter Octobr. 1671. et Febr. 72 Immers.

recedente. Mart. 72 Jun 72 Emers.

acced. Nov. 72 Mart. 73 Imm.

recedente April. 73 Aug 73. Emers.

\*) Consultez la Lettre N<sup>o</sup>. 1795, note 14.

\*) A en juger d'après la couleur de l'encre, les mots en italiques semblent avoir été soulignés par Chr. Huygens.



Terra recedente  
inter Julium 1675 et Octobrem 1675. emerfiones  
acced. Maj. 76 Jun 76. immerfiones  
reced. Aug. 76 Nov. 76 emers.  
acced Jun 77 Jul 77 imm.  
recedente jam obfervata eft tardatio emerfionum quamvis ultra  $\square$ . futura fit  
fenfibilior.

Nec acquievi uni obfervationum pari fed ut plurimum ex tribus vel quatuor  
fimul bigis conclufionem meam formavi.

Inventaque funt per totum illud fexennium Temporaria emerfionum intervalla  
Terra a Jove recedente productiora intervallis mediis. Immerfionum vero Terra  
accedente contractiora.

Eftque hoc veriffimum, non faltem de plurimis, fed de omnibus. modo inter-  
valla fumuntur longiufcula. nam in brevioribus hallucinatio obfervationum et  
inconftantia aeris parvam differentiam reddunt infenfibilem.

Ita fe habent obfervata et obfervationum univerfalis confideratio.

Pro determinatione vero illorum 22 Minutorum elegi imprimis obfervationes  
annorum 71. 72. 73. tum quod eo tempore habuerimus frequentiores, tum prae-  
terea quod Juppiter anno. 72. exifteret in fuo aphelio fibi fimilis et in motu et in  
intervallo a Sole.

Sed cum non tam mihi cordi efferet hypothefin aftronomiam invenire quam cog-  
nofcere naturam motus luminis certitudine aliqua phifca. inquirendum mihi erat  
num illa irregularitas aliunde poffet provenire. In quem finem ex ipsis obfervatio-  
num circumftantiis fequentia demonftravi

Scilicet irregularitatem illam

- I. non provenire ex anomalia  $\mathcal{Z}$ is
- II. nec ex anomalia terrae feu aequatione temporis
- III. nec ex configuratione reliquorum Satellitum cum hoc ipfo Primo
- IV. Nec ex configuratione  $\odot$  veluti in Luna
- V. Nec ex motu latitudinis
- VI. Nec ex Athmofphaera Jovis  
(quae omnia fati patent ex eo quod nihil horum commenfurable fit cum refti-  
tutione Terrae ad Jovem).
- VII. Nec etiam quod palmarium eft ex motu alicujus eccentricitatis orbitae ip-  
fius Satellitis. nam eadem acceleratio et tardatio quae exiftit in appulfibus ad um-  
bram in femicirculo ulteriori etiam ad unguem obfervatur in femicirculo citeriori  
tam in appulfibus ad limbum  $\mathcal{Z}$ is quam in tranfibus umbrae per difcum.

Haec quidem quoufque valent in aftruenda mora luminis ipfe videris. Mihi  
certe apparet ejufmodi hypothefis veritatem non alia via poffe impugnari quam  
fi excogitetur aliquis alius irregularitatis fons aequae ad minimum veriffimilis cujus  
periodus aequalis fit ipfi reftitutioni Terrae ad Jovem. quique aliquid habeat

analogum in reliquo mundi fiftemate veluti motus luminis analogus cenferi po-  
teft motui Soni.

Optandum quidem efferet habere aliquam immediatam et pofitivam confirmatio-  
nem hujus rei, fed, ut recte monuifti in literis Tuis, nulla fupereffe via videtur.  
Nifi forte revolutio Jovis circa axem fuum aliquam fpem praebeat fi modo ma-  
cula Caffiniana<sup>3)</sup> in eodem  $\mathcal{Z}$ is loco fixa remaneat. de quo tamen dubitare licebit,  
cum identidem evanefcat et reftituatur. Jam enim redux eft a menfe Julio, pof-  
quam per tres annos delituerit. apparet vero in eodem circiter fitu refpectu fasci-  
arum et locis ejus non male in longitudine refpondet calculo D. Caffini. Habeo  
vero obfervationes accuratiffimas hoc menfe Septembri conferendas cum illis  
quas venabor in Decembri Jove quadraturam praetergreffo. Quae fpes fi non  
fallat, credo negotium confectum, nec ullum relictum locum dubitandi de mora  
luminis.

Haec Domine eft fumma rei. Obreftor vero ut duobus verbis, quid fentias  
communicare digneris. ego quidem proxima occasione juxta ductum eorum quae  
admonueris reliqua particularius profequar. Dudum enim limites epiftolae fum  
tranfgreffus.

Profperam Tibi apprecor valetudinem Tuoque favori me impense com-  
mendo.

Parifis ex obfervatorio 30 Sept. 1677.

D. Caffini ante aliquod tempus obfervavit nigredinem in Satellite Tertio tran-  
feunte per difcum Jovis.

Et ego una cum ipfo eodem modo in tranfeunte quarto per difcum vidimus ni-  
gorem multo *(auriorem quam<sup>4)</sup>)* eft ipfarum umbrarum. quod indicio eft illos  
planetas maximam fui partem efferet obfcuros. de quarto testari poffum partem ejus  
obfcuram multo efferet majorem quam claram. multoque nigriorem quam eft illa  
macula vel Jovis vel Lunae plenae.

Duo menses funt ex quo Dominus Picartus et ego maximam temporis partem  
fumus Verfaillis occupati libellationibus<sup>4)</sup>. Ociduum eft quod ipse folus ibi agi.  
Iniquior valetudo me hic derinuit.

<sup>3)</sup> N. B. [Chr. Huygens].

<sup>3)</sup> Consultez la Lettre N<sup>o</sup>. 1508, et l'article du Journal des Sçavans, du Lundy 15 novembre  
1677, intitulé:

Verification de la Periode de la Revolution de Jupiter autour de son Axe par des Obser-  
vations nouvelles de M. Cassini.

<sup>4)</sup> Les nivellemens préparatoires à la construction de l'aqueduc de Versailles. Voir Duhamel,  
Historia Academiae, 2<sup>e</sup> édition, page 168.



N<sup>o</sup> 2105.

CHRISTIAAN HUYGENS à J. B. COLBERT.

14 OCTOBRE 1677.

*La minute se trouve à Leyden, coll. Huygens.  
La lettre fait suite au No. 2102<sup>1)</sup>.*

A Monsieur COLBERT.

MONSIEUR

Je ne scaurois vous témoigner assez l'obligation que j'ay a vostre bonté, tant de ce que vous daignez prendre quelque intereſt dans ma fanté, en approuvant ce que j'ay creu neceſſaire pour la confirmer, que du ſoin qu'il vous a plu avoir de me faire jouir des gratifications du Roy non obſtant ma longue abſence et le peu de ſervice, qu'il m'eſt permis de rendre pendant que je ſuis encore dans l'incertitude de mon entier reſtaſſement.

Je le fouhaite plus fortement Monſieur pour avoir moyen de vous donner des marques plus expreſſes de ma reconnoiſſance, et pour pouvoir ſecondar autant que je ſuis capable vos hauts et nobles deſſeins en ce qui regarde l'avancement des ſciences. Et puisſque vous m'exhortez de ſonger a ce qui pourroit contribuer a rendre noſtre academie plus illuſtre, quoyque je ſois perſuadé, que vos penſées la deſſus devancent de beaucoup les miennes, je ne laifferay pas dès a cer'heure de chercher en moymeſme et mediter avec application ſur cette affaire, pour obeir a vos ordres.

J'ay veu depuis peu avec bien de la joye la belle invention qu'a trouvé le Sr. Romer, pour demonſtrer que la lumiere en ſe repandant emploie du temps, et meſme pour meſurer ce temps, qui eſt une decouverte fort importante et a la confirmation de la quelle l'obſervatoire Royal s'emploiera dignement. Pour moy cette demonſtration m'a agréee d'autant plus, que dans ce que j'eſcris de la Dioptrique j'ay ſuppoſé la meſme choſe touchant la lumiere, et demonſtré par la les propriétés de la reſraction, et depuis peu celle du Criſtal d'Iſlande<sup>2)</sup>, qui n'eſt pas une petite

<sup>1)</sup> Dans une lettre, dont une copie ſe trouve à l'Académie royale d'Amſterdam, Conſtantin Huygens, père, écrivit à H. de Beringhen, ſous la date 20 octobre 1677, ce qui ſuit:

„Mon Archimède eſt aſſez bien remis de ſes maux, quoy que toujours foible et ſujet à des douleurs de teſte. Il receut ces jours paſſez une lettre fort civile de Monſieur Colbert, avec quelque lettre d'échange pour un terme de ſa penſion (conſultez la Lettre N<sup>o</sup>. 1837, note 1). J'eſpère que vers le printemps il ſera en eſtat de ſe rendre à ſon devoir. Tel père que vous ſe peut imaginer ſ'il m'en eſt bien aysé de me paſſer de la converſation d'un tel enfant”.

Nous ne poſſédons pas cette lettre de Colbert.

<sup>2)</sup> Le livre E des Adverſaria de Chr. Huygens fournit à ce ſujet de nombreux renseignements. Aux pages 93 et 197 on trouve les démonſtrations de la loi, découverte par Huygens dans la

merveille de la nature, ni aiſée a aprofondir. Je me plains bien ſouvent de ma deſtinée d'eſtre d'une complexion ſi peu proportionnée a l'inclination que j'ay de travailler a ces belles connoiſſances. Cependant je m'y employe ſuivant que mes forces me permettent et avec cette ſatiffaction que ce n'eſt pas tout a fait inutilement. J'eſpere qu'un jour j'auray le bonheur de vous en rendre compte et me recommandant a voſtre puiſſante protection je demeure

MONSIEUR

Voſtre treſhumble et tres etc.

A la Haye ce 14 d'Octob. 1677.

N<sup>o</sup> 2106.DODART<sup>1)</sup> à CHRISTIAAN HUYGENS.

OCTOBRE 1677.

*La lettre ſe trouve à Leyden, coll. Huygens.*

il m'a eſté impoſſible de repaſſer a la Haie. j'ay mandé des nouvelles de vre fanté a M. le D. de Rohanés & je luy ay envoyé vre ſentiment ſur la quadrature du cercle de M. Leibnitz<sup>2)</sup> larmée part d'icy, comme je l'eſpere Lundy 25 8bre pour aller camper a Leuſe, & nous dela a Paris d'ou je ne manqueray pas Monſieur de vous donner avis de ce que j'apprendray de l'Academie en general ou de vos afſres en particulier. Je ſuis avec beaucoup de reſpect & de reconnoiſſance

MONSIEUR

Voſtre treſhumble et treſobeiſſant ſerviteur

DODART.

double reſraction du criſtal d'Iſlande, d'après laquelle la ſurface d'onde du rayon extraordinaire eſt une ſphéroïde. Plusieus pages de ce journal ſe trouvent remplies de calculs ſaſts à ce ſujet. La démonſtration de la page 93 porte l'inscription:

*ΕΥΦΗΚΑ* 6 Aug. 1677. Cauſam mirae reſractionis in Cryſtallo Iſlandico.

Au-deſſus de l'article des pages 197 et ſuiv. Huygens a inſcrit:

à Paris 6 août 1679. *ΕΥΦΗΚΑ*. La confirmation de ma theorie de la lumiere et des reſractions.

Ces articles trouveront leur place parmi les Œuvres inédites de Chriſtian Huygens, qui ſuivront la Correſpondance.

<sup>1)</sup> Denis Dodart, médecin de Louis XIV, de la princeſſe de Condé et de la duchesse de Longueville, docteur régent de la faculté de médecine, professeur de pharmacie, né à Paris en 1634, mort le 5 novembre 1707, académicien botaniste depuis 1673. En 1699 il fut créé pensionnaire botaniste de l'Académie. On a de lui divers écrits de botanique, de pharmacie et de chimie et une diſſertation ſur les cauſes de la voix de l'homme. Fontenelle a écrit ſon éloge.

<sup>2)</sup> Probablement la quadrature arithmétique. Voir la Lettre N<sup>o</sup>. 1999.



M. Lewenhöck ma fait mille honestetes a vre recommandation. cela meriteroit un remerciement en particulier, mais il faut menager vre temps. Il me semble que des gens de ce merite devoient avoir pension comme *Academiciens externes*. n'aura on pas tous ses Memoires en francois ou en latin en un petit volume.

A Monsieur  
Monsieur HUGENS  
a la Haije.

N<sup>o</sup> 2107.

O. RÖMER à CHRISTIAAN HUYGENS.

1<sup>er</sup> NOVEMBRE 1677.

*La lettre se trouve à Leiden, coll. Huygens.*

*Elle fait suite au No. 2104. Chr. Huygens y répondit par le No. 2109.*

Illustrissimo Domino CHRISTIANO HUGENIO  
O. RÖMER S. P.

Benevolas Tuas literas responso dudum sum prosequutus<sup>1)</sup>, dedi illud Tabulario publico, credoque redditum. Serius animadverti me tum temporis maxime insigne Tuae epistolae membrum reliquisse intactum et nimium Satelliti meo intentum ea quae attingebas de Luna negligentius transmisisse. Mentionem facis argumenti Cartesiani unde concludis luminis celeritatem tantam esse ut non requiratur ultra 10° pro 30 diametris terrae. Quod certe me magna afficit admiratione qui nihil unquam ex Cartesio viderim circa illam materiam, nisi epistolam aliquam relatum et satis acerbe exagitatam a Patre Pardies in tractatu parvo de motu locali<sup>2)</sup>, nec ibi de 10° sed de semihora agitur. Nisi forte ipsa ratiocinatio Tua sit et Cartesio saltem debeatur indicium. Latet ibi res

<sup>1)</sup> Voir la Lettre N<sup>o</sup>. 2104.

<sup>2)</sup> Le „Discours sur le Mouvement Local” de Pardies est suivi de „Remarques sur une Lettre de M. Descartes touchant la Lumière”. Les remarques de Pardies sont précédées d’un „Extrait de la lettre dixseptième du second tome de M. Descartes”, celle que nous avons citée dans la note 3 de la Lettre N<sup>o</sup>. 2103. Voir, à la page 73, l’édition suivante: „Discours sur le Mouvement local. Avec des Remarques sur le Mouvement de la Lumière. Par le R. P. Ignace Gaston Pardies, de la Compagnie de Jesus. Troisième Edition. Suivant la copie de Paris. A la Haye, Chez Adrian Moëtjens, Marchand Libraire prez la Cour, à la Librairie Française, 1691. in-12°.”  
La première édition est celle de la Lettre N<sup>o</sup>. 1800, note 1.

pulcherrimae et efflictim desidero rescire quo modo illud de 10° inde elicueris. Ego quidem istas eclipses Lunae examinando comperi debere centrum umbrae Terrae videri extra punctum oppositionis Solis tot uncis gradus quot lumen a Sole ad nos impendit horas (quod optime convenit cum celeritate quam indicasti). Nec illud dependet ex intervallo Lunae a nobis, cum saltem supponatur lumen tendere in directum motu aequabili et terram moveri circa solem motu cognito. Propositio ipsa ita habet.

*Umbra terrae motae ubilibet extra terram visa sequitur punctum oppositum Soli, duplo angulo quo promovetur terra circa Solem interea dum lumen ab eo ad nos perveniat<sup>3)</sup>* modo ille angulus sit tam parvus ut ejus arcus insensibiliter differat a linea recta.

Unde si 55 secunda gradus essent observabilia in determinatione umbrae terrae obscurantis Lunam (quanta est differentia ejus ab  $\varphi^4$ )  $\odot$  debita 11. minutis quae luminis attribuo hinc ad Solem) haberemus novum argumentum pro systerate Copernicano. Sed dubia ejus umbrae confinia istas spes praefcindere videntur.

Mirari fatis non possum quomodo fieri potuit Cartesium et Pardies ex suppositione morae luminis semihorariae hinc ad Lunam tam irritato conatu quaesivisse paucorum minorum differentiam in ejusmodi eclipsibus, ubi ea evadere debet ni fallor 14 vel 15. graduum et quomodo Cartesius eandem demonstrationem utrique hypothesis accommodare tentaverit cum ad illud negotium sint valoris diversissimi. In Copernicana quippe proditur tempus pro intervallo Solis in Tichonica pro solius lunae quadringentes minori, idque per eadem media.

Ne graveris quaeso mihi significare quid haec cum tuis meditatibus conveniant.

Eandem veniam exorat haec epistola ac illa praecedens. Iisdem votis benignam valetudinem, maturum ad nos reditum et prospera quaelibet Tibi appetatur.

Vale.

Parisis 1 Novembr.

1677.

<sup>3)</sup> En transcrivant ce théorème dans le livre E des Adversaria, p. 101, Chr. Huygens a mis un astérisque après le mot *visa* de la première ligne, et après le mot *Soli* de la seconde et ajouté: \* *extra terram e terra visa*.

<sup>4)</sup> Ce signe indique le point du ciel opposé à l’astre désigné par le signe qu’il précède.



N<sup>o</sup> 2108.

CHRISTIAAN HUYGENS à O. RÖMER.

11 NOVEMBRE 1677.

*La minute se trouve à Leyden, coll. Huygens.**La lettre est la réponse au No. 2104 et s'est croisée avec le No. 2107.**O. Römer y répondit par le No. 2110.*

*Sommaire:* Mon avis, qu'il doit sçavoir mieux que moy ce que valent ses arguments. Qu'il n'expose pas trop sa fanté en veillant aux observations.

Explicari velim argumentum 7 Excluforum. Videris negare excentricitatem aliquam dari in primo fatellite. Sed lubens expectabo donec edat.

An observationibus maculae jovialis sperat rem posse decidi, an fatis conspicua fitus mutatio in 10 minutis horar. cum tantum  $\frac{1}{60}$  percurrat circumferentiae, nec bene terminata cernatur macula.

Clarissimo VIRO OLAVO ROMERO CHRISTIANUS HUGENIUS S. P.

Serius quam debueram atque etiam quam volueram ad literas tuas respondeo Doctissime Romere, nescio quibus tum negotijs tum fortuitis casibus identidem à scribendi proposito revocatus. Illud vero minimè in causa fuisse existimes quod parum mecum constitutum haberem quid in causa tua iudicij ferrem. Lectis enim ac perpensis quae a te allata sunt argumentis, non parum in priore sententia me confirmatum scito, vixque jam dubitare, quin verissimam aequè ac maximam rem in lucem extuleris. Quod a D. Cassino contra adfertur secundi nimirum Jovialis comitis observationibus nullum retardationis accelerationisve effectum animadverti, non multum me moveret. Cum tu plures causas easque fatis manifestas adducas cur ea inaequalitas minus bene in illo notari queat, certe valere adversus te illud argumentum non potest quamdiu ephemerides meliores motuum ejus planetae non habebimus. Nam illa  $\frac{3}{4}$  horae, si vera est, nimia est aberratio, ut aliam quam dicis latitudinis missam faciamus. Rectè etiam ut puto causas rejicias, in quas falso referatur observata inaequalitas, ea sola ratione scilicet quod quae inde sequerentur vicissitudines nihil habeant commensurabiles accessui Telluris ad Jovem aut recessui. Unius tamen argumenti, quod palmarium dicis, quo probetur excentricitatem quoque primi comitis frustra obtendi, ejus non bene adhuc sensum ac vim intelligo, cum magis ostendisse videaris non habere illum excentricitatem quae ullius momenti sit hac in re, quam, concessa excentricitate, non posse huic attribui causas phaenomeni tui. Quanquam et hoc postremum fati mihi videar perspicere quippe cum semper sibi content tempora circuitus integri nec mutatio loci Jovis ipsius nec Telluris, trimestri spatio variationem sensibilem ibi efficere queat. Tu autem, qui diligentius multo ista omnia quam ego examinasti, corrige si quid erro, et mentem tuam apertius expone. Ex observatione maculae quae Jovis corpori inhaeret non multum spei affulgere crediderim ad confirmandam sententiam tuam, neque etiam periculum imminere ut inde confutetur: Quia

intra horae quadrantem vix puto mutationem loci aliquam vel longissimo telescopio notari posse. Tuarum vero observationum, quas circa emerfiones satellitis habere pergis successum exacto mense decembri expecto.

Postremis meis ad Illustriss. Colbertum <sup>1)</sup> literis de tuo hoc invento quid sententiam scripsi, meque magis eo gavifum quod id ipsum quod a te demonstratum ponendo scilicet emanationem lucis cum tempore fieri omnia ejus phaenomena non infeliciter explicassem, atque inter caetera mirabilem refractionem crystalli Islandicae. Qua quidem in re hypothesi usus sum tam simplici <sup>2)</sup> tamque accurate cum omnibus quae in hoc lapide observantur consentiente ut non dubitem quin et tu et omnes aequi talium rerum censores utiliter operam me collocasse dicturi sitis.

Caeterum scire ex te velim quisnam sit ille Bartholinus <sup>3)</sup> qui descriptionem hujus crystalli primus in lucem edidit.

Nemone item quod scias ante eum quisquam eadem de re prodiderit. Vale.

Mercurium in Sole die hujus mensis 7<sup>a</sup> frustra apparitionem speravi, nubibus omnem conspectum adimentibus <sup>4)</sup>. Quomodo vobis cesserit observatio ex tuis cognoscere aveo.

11 NOV. 1677.

<sup>1)</sup> Consultez la Lettre N<sup>o</sup>. 2105.

<sup>2)</sup> Consultez la Lettre N<sup>o</sup>. 2105, note 2.

<sup>3)</sup> Erasmus Bartholinus, un des correspondants de Huygens, l'auteur de l'écrit cité dans la Lettre N<sup>o</sup>. 2110, note 2.

<sup>4)</sup> Le livre E des Adversaria témoin que Chr. Huygens s'était préparé à cette observation. A la page 85 on y trouve noté:

Mercurius in Sole apparebit 7 nov. st. n. hor. 11. 32' 18" ingress. Londini. proximus centro ☉ h. 2. 12' 35". Emerfio 2. 52' 42".

Ergo hic hague ania. h. 11. 54' 18" (ob diff. merid. 5° 25') ingr. Prox. centro ☉ h. 2. 34. 35. Emerfio 3. 14. 42. (au-dessous de ces derniers chiffres on trouve encore noté 1.23 et 3.52) die domini. Keplero Hague h. 10. 40. 21.



N<sup>o</sup> 2109.

CHRISTIAAN HUYGENS à O. RÖMER.

18 NOVEMBRE 1677.

*La minute<sup>1)</sup> se trouve à Leiden, coll. Huygens.  
La lettre est la réponse au N<sup>o</sup>. 2107. O. Römer y répondit par le N<sup>o</sup>. 2110.*

Clarissimo Viro D. OLAO ROMERO  
CHR. HUGENIUS S. P.

Priores tuas<sup>2)</sup> mihi fuisse redditas ex ijs quas ante octiduum ad te dedi, intellexisti. Alteras quibus dies adscriptus est 1 Nov. heri accepi, ferius multo quam oportuit. In his jucundissimum mihi fuit videre quae de luminis mora ex eclipsibus lunae investiganda egregie differis. Cui parti epistolae meae quod antea non respondisses, non mirabar quippe cum multo potior tua methodus Jovialium eclipsibus vix, imo unicà videretur quae hac in re utiliter adhiberi posset. Sunt tamen ut recte mones, etiam in Lunari eclipsi nonnulla animadvertione digna, atque illud certe quod magna lucis celeritas ex ea demonstretur, etsi quanta sit cognosci nequeat. Quia vero scire desideras quomodo hic ego calculum instituerim, lubens tibi morem geram, invicem a te expectans, ut tui ratiocinij feriem exponas, si forte alia via incessisti.

Quod de Cartesij argumento scripseram, ita prorsus se res habet ut conjicis. Illi indicium debetur, ego vero rem aliter atque ille examinavi.

Nihil enim illo quod huc faciat scriptum reperi praeferat epistolam 17 secundi voluminis quae ut opinor ad Robervallium data erat<sup>3)</sup>.

Hic recte quidem concludit ex ijs quae posuerat tempus horae unius intercessurum inter momentum eclipses et illud quo sol observatus fuerit loco eclipses apparenti opposito: idque in Copernicea aequae atque alijs duabus hypothesebus<sup>4)</sup>: non vidit autem quam insignis esset differentia hypotheseum istarum in hoc negotio, cum quaeruntur gradus eclipticae quibus locus deliquij abest a loco soli apparenti opposito. Tum in eo fallitur quod totum hoc ex lunae motu prodire existimat, cum tamen nihil plane interfit quanta sit lunae celeritas. Quod vero in ista Cartesianae epistola reprehenderit Pardiesius non vidi nam in ea quam habeo editione<sup>5)</sup>

<sup>1)</sup> On trouve une première rédaction moins complète, en partie latine en partie française, à la page 101 du livre E des Adversaria. Elle commence ainsi:

Eodem tempora tu literas meas et ego tuas accepimus. Les matières traitées y sont les mêmes, mais autrement disposées en quelques endroits. La démonstration de la page suivante est presque textuellement la même.


<sup>2)</sup> La Lettre N<sup>o</sup>. 2104.

<sup>3)</sup> Consultez la Lettre N<sup>o</sup>. 2103, note 3.

<sup>4)</sup> Ptolemaica et Tyconica.

<sup>5)</sup> L'édition de 1670, citée dans la Lettre N<sup>o</sup>. 1800, note 1.

libelli ipsius de motu Locali, nihil horum invenio, eoque suspicor aliam isthinc extare auctiorem. Ut vero ad nostra pergam, non intelligo cur dicas mea 10<sup>o</sup> quibus non plura tribui posse lumini a luna ad nos trajicienti collegeram, optime cum theoremate tuo convenire. Itaque hoc quaeo ut explices. Calculi vero mei ratio est hujusmodi. Sit A sol immobilis in Copernicana hypothese<sup>6)</sup>. BD orbita Telluris annua, in qua terra ponatur B.



Orbita vero lunae CE, ABC recta linea quam pono occurrere orbitae lunari in C. Quod si jam lucis emanatio tempore indiget, puta horae unius quo peragat spatium BC; sequetur terra posita in B, umbram ejus five interruptionem luminis solaris non nisi post horam perventuram ad punctum C. Itaque ab eo tempore quo terra fuit in B, post horam luna in C perveniens eclipsin patietur, non percipietur autem obscuratio haec e terra spectanti, nisi post alteram horam, hoc est duabus horis postquam terra fuit in B. Ponamus eo bihorio Terram migrasse in D. Itaque qui hinc observat videbit lunam deficientem in C puncto, unde ante horam discessit: simulque videbit solem in A: quia cum sit immobilis, ac lux rectis lineis feratur, debet necessario semper apparere eo loco quem revera occupat. Angulus igitur quo locus observatae eclipsis praeceditur a loco soli opposito, erit CDE, aequalis duobus DCB et DAB. Quem quidem CDE hic reperio circiter 33 gr. Pono enim, ut in systemate meo Saturnio, distantiam Solis AB 12000 diam. terrae, quae proinde 400<sup>tes</sup> continebit distantiam lunae BC quae est 30 diam. ejusmodi. Quare angulus DCB aequabitur 400 angulis DAB. Est autem DAB 5 min. motus scilicet terrae in 2 horis. Ergo DCB proxime 33 gr. Quem ang. CDE tantum 5 min. excedit. Verum si trajectus luminis hinc ad lunam ponatur non horam impendere sed 1 min. apparet fieri tunc ang. DCB tantum 33 min.

Si denique tantum 10<sup>o</sup> temporis tribuantur eidem lucis trajectui, jam ang. DCB erit tantum 5 $\frac{1}{2}$  min. Credibile vero si hic ang. tantus fuisset, id aliquando ab astronomis observari debuisset. Itaque saltem non majorem esse concludebam ideoque nec moram lucis a luna in terram majorem 10<sup>o</sup> horarijs.

<sup>6)</sup> Dans la minute des Adversaria, il suit encore: nam hoc solum adhibui, ut pote quod verum arbitror.



Et hoc quidem meum erat ratiocinium, quod haud dubie cum tuo consentit, quandoquidem egregium<sup>7)</sup> illud theorema tuum hinc consequi apparet. Duæta enim AL parallela CD, consideratoque arcu DBI, tanquam recta linea; si BD est arcus<sup>8)</sup> quem percurrit terra in orbita sua, interea dum lux bis peragit spatium BC, erit BL arcus quem terra percurrit dum lux bis peragit spatium AB. Estque ang. DCB aequalis BAL. Unde veritas Theorematis tui manifesta est. Patetque positâ morâ lucis per AB cognitâ itemque motu terrae in orbita sua, angulum BAL, eoque et DCB datum fore: cui tu CDE aequale reputas, neglecto videlicet angulo DAB qui non posset esse nisi exiguus admodum ad DCB collatus.

Est autem in primis notatu dignum illud quod annotasti paradoxon, nihil hic interesse quae sit lunae a terris distantia. Cui simile est alterum, nempe in hypothesi terrae quiescentis nihil referre quae sit distantia terram inter ac solem. Hic enim invenio Regulam hujusmodi.

Lunae deficientis locus sequitur locum oppositum soli apparenti, angulo duplo ejus quem peragat sol dum lux trajicit spatium quo luna a nobis abest. Quam procul dubio pridem quoque invenisti, cum hinc elucescat magna illa inter utrumque hypothesin differentia, quam Cartesium fugisse dixi, quamque tu optime ac primus omnium ut puto animadvertisti.

Apparet autem ex hac ipsâ differentia argumentum novum exiturum pro Copern. hypothesi, ut recte subjicis modo 55' gr. in confinio umbrae telluris in lunae disco observari queant. Sed hoc ego saltem sperare non audeam qui 5½' demum observabilia statuebam.

Attamen tunc observatores cogitabam nihil hac de re suspicantes, nam alioqui ad 2 vel 3 min. diligenti observatione pervenire posse crediderim.

Quod dicis res pulcherrimas latere in contemplationibus hisce, suspicari videris ac circumspicere num quod novum adhuc argumentum vel pro Copernico vel pro tua Luminis mora inde emissurum sit.

Sed ad hanc quod spectat vix puto fieri posse ut melius quid invenias tuo illo Jovis comite, de cujus observationibus audire gestio ut votis tuis respondeant, atque etiam meis quae plane eadem sunt. Vale.

Dabam Hagae Com. 18 Nov. 1677.

<sup>7)</sup> La première minute a: elegans.

<sup>8)</sup> Ici se termine la minute des Adversaria.

N<sup>o</sup> 2110.

O. RÖMER à CHRISTIAAN HUYGENS.

3 DÉCEMBRE 1677.

*La lettre se trouve à Leyden, coll. Huygens.  
Elle est la réponse aux Nos. 2108 et 2109.*

Illustissimo D. CHR. HUG. O. R. S. P.

Paris, 3 Dec. 77.

Utramque tuam epistolam accepi tempore debito sed responsum distuli nonnihil, continuo expectans ex mundo  $\mathcal{L}$ is aliquid novi quod eadem opera communicarem, sed trajectum tam desiderati luminis nubila intercluserunt. Interea continuabo gratissimum illud colloquium de argumento nostro premens ipsa literarum tuarum vestigia.

Non tam secundum quam omnes tres exteriores satellites contra me facere contenditur, ego vero praecipue respondendum censui ad phaenomena secundum. De reliquorum duorum securius. De excentricitate recte me explicas nec aliud volui quam illam ejusque motum frustra adhiberi ad conciliandum hanc luminis inaequalitatem. Sub excentricitate comprehendo inaequalitatem realem ex illa dependentem.


Macula forte erit rebus nostris benignior quam opinaris, cum fatis bene determinetur conjunctio ejus cum centro  $\mathcal{L}$  intra 2 minuta. Fateor quidem Dominum Cassinum et me ut plurimum dissidere in isto iudicio. Sed alteruter errat ex aliquo praesudicio forte ob diversam claritatem partium disci Jovis. Quod tamen non impedit quin uterque nostrum secum conveniat intra minutum unum aut alterum quando singuli comparamus temporum nostrorum differentias.

Phaenomena Christi Illandici quae tam facile explicas sine dubio commendabunt verae hypothesi certitudinem, nec certe sufficientia erunt optices principia quae illud miraculum non comprehendunt ardentissimum accendisti desiderium ista cognoscendi. Toro ni fallor coelo different ab illis quae Cartesius supposit in doctrina refractionum<sup>1)</sup> in qua nonnulla observavi quae breviter exponam. Cartesius quod globum oblique ab aere in aquam explosum viderit contrario modo refringi ac radios luminosos iudicavit radiis difficiliter incedere per aërem quam per aquam, mihi vero videtur contrarium concludi posse ex illa ipsa hypothesi.

Globus A in cumulum corpusculorum GF refringitur ad superficiem pergitque

<sup>1)</sup> Au discours second de la Dioptrique.





per BC facta in superficie BG specie quadam reflexionis. Sed si Globus ita impactus non penetrat sed faltem commoret et quasi tremefacit aliquam partem corpúsculorum cúmuli (qualis est motus radiorum) directio commotionis ejúsmodi erit alicubi infra ABE ut in BD. Imo si singulae superficies corpúsculorum cúmuli quae aerem respiciunt essent exacte planae et partes plani BG commotio fieri deberet in perpendiculari BF quaecúnque esset inclinatio impulsus AB.

Hanc considerationem conatus sum applicare ad mirabilem illam refractionem Christiállí Islandici a Tuis literis excitatus et visa mihi sunt primordia non male succedere. Sed nondum mihi in illo negotio satisfecit, nec Christiállia ad manus habeo pro experimentis, memini faltem in illo refractiones quae extraordinariae dicuntur non servare illas leges quas sequuntur ordinariae fimiles ipsis quae sunt in reliquis corporibus. Erasmus est Bartholinus qui primus et solus quantum scio istud christiállum examinaverit edito libello<sup>2)</sup>. Ille ipse est cujus nomen inter commentatores Geometriae Cartesii claret<sup>3)</sup>.

Mercurium in Sole hic non vidimus nubes omnia tegebant. Observatus est Avenione a D. Gallet<sup>4)</sup>, qui observationem suam impressam ad nos transmisit<sup>5)</sup>. In adjúnta schedula<sup>6)</sup> exscripti summa ejús capita. Si forte libeat aliquot horas restitutioni istius ☿ impendere.

Ad reliquum penultimae Tuae epistolae non habeo quod dicam amplius nisi

- <sup>2)</sup> Experimenta crystalli islandici didiacalastici quibus mira et insolita refraçtio detegitur. Hafniae, 1669.
- <sup>3)</sup> Erasmus Bartholinus publica in 1651 l'ouvrage, dont une édition postérieure est intitulée: Principia matheseos universalis, seu „Introductio ad Geometriae methodum Renati des Cartes. Amstelaedami, apud Ludovicum & Danielem Elzevirios CIOLXLI. in-4°. Cet ouvrage, composé d'après les leçons orales de Fr. van Schooten (consultez la Lettre N°. 91, note 3) fut réimprimé une première fois dans le Tome second de la „Geometria“, édition de 1659, citée dans la Lettre N°. 306, note 3.
- <sup>4)</sup> Jean Charles Gallet, Prévôt de l'église de S. Symphorien à Avignon, auteur presque oublié de plusieurs travaux d'astronomie, entre autres d'un „Système nouveau des apparences des Planetes“, dans lequel il tâche de démontrer que l'anneau de Saturne est produit par les seuls rayons du Soleil réfléchis (voir Journal des Sçavans du Lundy 15 May, M.DC.LXXXIV), et d'un „Système des apparences de Saturne“ (voir le même journal du 12 juin de la même année), où il remarque que „quelque fois le corps de Saturne a été vu n'estre pas parfaitement au milieu de l'anneau ce qui arrive près de ses quadratures avec le Soleil, à cause que la parallaxe de Forbe est alors sensible“. Comparez: Handbuch der Astronomie ihrer Geschichte und Litteratur von Dr. Rudolf Wolff, Professor in Zürich. Zürich 1890—1893, in-8°, au Tome II, page 472.
- <sup>5)</sup> Mercurius sub Sole visus Avenione die 7 Novembris 1677. Observante Ioan, Car. Gallet, I. V. D. Praeposito S. Symphoriani Avenionensis.  
Voir aussi le Journal des Sçavans, du Lundy 20 décembre M.DC.LXXVII.
- <sup>6)</sup> Voir l'Appendice N°. 2111.

ineffabili me gaudio affici quod rationes quas in praecedenti mea attulerim non faltem approbes sed etiam nova inventionum tuarum accessione confirmare promittas. Nec secundo loco possum dissimulare me maximam hic expertum esse efficiaciam literarum quas ad illustrissimum maecenatem nostrum de hoc negotio feripisti<sup>7)</sup>. Manebit illud officium cum reliqua Tua in me benevolentia grata mente memoriaeque repositum.

Transeo ad tuas ultimas ad quas commodissime respondebo exponendo ipsam historiam mei processus in isto argumento. Cum seriús animadverterem in literis Tuis<sup>8)</sup> Te ex ratiocinio Cartesiano clicuisse lúminis celeritatem 10° pro 30 diametris terrae attonitus haesi in rei novitate et statim libellum Pardies in manus resumpsi (inscriptis remarques sur une lettre de M. Des Cartes touchant la lumiere. Subjungitur tractatú de motu locali Paris 1670). Sed cum viderem illum potius occurrere in arguendo et false carpendo Cartesio quam in illustranda ipsa quaestione ipse funditus negotium examinare aggressus sum. Primo omnium incidi in illam ipsam methodum quam mihi exponis. Eadem fere verba, eadem figura eadem ratiociniorum series. Sed cum pro ordinanda forma calculi in diversis hypothesibus distantiarum ☉ et ☾ terminos adhiberem algebraicos, illico apparuit praecifam distantiam ☾ esse oriosam ejúsque diversam suppositionem nihil mutare in quantitate terminorum qui exprimebant tempus debitum lúmini a Sole ad nos. et elongationem umbrae terrae ab opposito Solis. In hac veritate repetito calculo confirmabar sed non poteram ejus evidentiam in communi nobis figura methodo synthetica expiscari (quod Tu dexterrime effecisti ducta in eadem figura linea parallela AL). Relicta itaque luna ipsam umbram ejúsque phaenomenon abstractius considerare suscepi brevique meditatione perveni ad sequentes conceptus.



Sol S. Orbita terrae motae AC. AB motus terrae interea dum lumen fluit ab S ad A factó itaque AD aequali ipsi AS. Terra venit ad B quando umbra quam facit in A pervenerit ad D sed eam non videt nisi adhuc tantumdem promotá veluti in C.

Si SAD, SCE essent parallelae linea umbrae vitae CD esset recta sed ob divergentiam ESD linea CD est spiralis, quod facit ut distantia punctorum DE umbrae et puncti ☿ ☉ videantur in C sub angulo duplo ipsius CSA seu quadruplo ejús quod facit terra circa S interea dum lumen peragrat SA.

Hic vidi tria puncta.

I. Terram facientem umbram. II. Terram videntem umbram. III. Umbram ubilibet projectam constituere figuram triangularem CDA. quae hic sine errore supponitur triangulum rectilineum rectangulum cujus crura sunt in ratione duplicatae velocitatis terrae ad velocitatem

<sup>7)</sup> La Lettre N°. 2105.

<sup>8)</sup> La Lettre N°. 2103.



